

Anno domini, quo supra, in vigilia Pasce ante electionem novi decani fuit per totam Apr. 19. facultatem arcium approbatum, quod prius per seniores et executores fuit conclusum, videlicet quod religiosis patribus de ordine predicatorum propter petitionem eorum deberent dari viginti flor. Ren. in moneta pro structura nove liberarie, sub ista tamen condicione, quod, quandocumque aliquis magistrorum optaret ingredi liberariam, nulli deberet denegari, quod dicti patres se facturos promiserunt.

1511 Sommersemester. 204. Decan Andreas Hundt von Magdeburg.

M 214.
C 50'. Decanatus¹⁾ venerabilis viri domini magistri Andree Hundt Parthenopei, artium magistri ac iurium studiosi. Anno domini millesimo quingentesimo undecimo Apr. 19. Sabato ante²⁾ Georgii festum magister Andreas³⁾ Hundt Parthenopeius, frater doctoris Magni Hundt ac iurium studiosus, nacionis Saxonice electus est in decanum facultatis artium unanimi electorum consensu, sub cuius decanatu officiales fuerunt electi subscripti magistri:

Clavigeri mgr. { Henricus Greve Gottingensis
Conradus Ihm Höff de Lōhr.

Electores decani, ex- { Augustinus Tabernatoris de Kirchain Misnensis⁴⁾
cutores et visitatores { Nicolaus Apel de Konnigeshovenn Bavarus⁴⁾
magistri { Ioannes Martini Saganensis Polonus⁴⁾
Andreas Hundt Magdeburgensis decanus, Saxo⁴⁾.

Lectores facultatum videantur in libro papireo.

* Lectores per facultates theologic et artium deputati fuerunt infrascripti:

ad lectionem	}	methaphisice	}	deputatus magister	Nicolaus Apel de Konigeshoven
		phisorum et de generatione			Benedictus Zeyl de Zceitz
		de anima et metheororum			Anthonius Bowter de Romhelt
		moralis philosophie			Vulffgangus Schindeler de Cubito
		veteris artis			Ioannes Langer de Polkenhain
		nove logice			Franciscus Iudicis de Heinchen
		perspective et Euclidis			Simon Eysling de Dilligen
		rethorice			Andreas Probst de Delitz
		poetice			Gotfridus de Pattenburgk
		sperre materialis cum appenden- tibus			Bartholomeus Negelin
grammatice	Ioannes Kesler de Konnigeshoven				
Petri Hispani	Lucas Peltz de Leiptzk				
actus dominicalis	Laurencius Koppe. *				

¹⁾ In M große rohe Initialo D in grünem Blattwerk auf verschiedenfarbigem Grund. In der Füllung des Buchstabens der Apostel Andreas mit dem schrägliogenden Kreuz und einem roth gebundenem Buche. ²⁾ In vigilio Pasche ante festum sancti Georgii decima nona mensis Aprilis. ³⁾ *Extremam clausit diem anno millesimo quingentesimo duodecimo ipso die sancti Nicolai. Cuius anima in sancta quiescat pace cum anima clarissimi doctoris Magni! Amen.* Zusatz fehlt in C. ⁴⁾ Die Angabe der Nationen fehlt in M.